



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Lex.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

*Lex, vide Interpretatio, Iudiciales actus,  
Iuramentum, Pœna.*

1. **L**ex humana non obligat in conscientia, ubi constat eius rationem, seu intentionem principalem cessare; solet autem intentio ex proœmio colligi. Cessat & obligatio cessantibus inconuenientibus ob quæ lata est. Item si lex est inutilis: item in casu quem si legislator cogitasset, excepisset: item si non est recepta à principio etiam ignorante id legistatorem: aut non recepta est à maiore parte talium personarum de quali excusando loquitur, sciente Superiore, & non contradicente, ad quod sufficit bis aut ter fecisse contra legem: item in casu scandali, aut infamix, aut merus cadentis in constantem virum; aut cum occurrit casus ybi ratio iudicat non seruandam, aut cum fundatur in præsumptione, & constat de contrario, aut cum est iniusta, aut non in bonum commune, aut asserens magnum damnum, aut cum est valde difficile obseruare: reputatur enim in iure impossibile.

\*De lege *Sot. l. 1. de iust. Carbo. integro vol. 170. multa l. 5. t. 1. Nau. c. 23. à nu. 49. Tol. de 7. peccat. mort. c. 18. 19. 20. Sayr. t. 2.*

\*Vbi constat *3 Vide Nau. c. 15. n. 21. Conar. inc. cum esses de testam. n. 8.*

*Si non recepta 3 Fum. lex n. 11.*

Aut

Aut metus} *Sor. l. c. q. 6. ar. 4. Syl. metus n. 6.*

Aut cum occurrit} *Val. t. 2. d. q. 5. p. 6.*

Aut cum fundatur} *Mol. d. 208. in fine.*

2 Quantum & quomodo lex obliget, petendum ex communi interpretatione, & usu, præsertim bonorum.

3 An lex mortale peccatum obliget, conijciendum ex verbo præceptiuo, vel re graui, quam præcepit, vel magna poena, quam apponit.

\* *Azor in l. c. cap. 6. Vide Tol. l. c. cap. 20. vide Fum. lex. 4.*

4 Non est mortale facere contra legem in re parua, aut sine plena deliberatione, & secundum quosdam, si absit contemptus: sed id alij negant, & merito.

\* *Leuitas materiae excusat à p. m. Azor. l. 5. c. 28. col. 2. communi Nau. pr. eludio q. nu. 12.*

5 Cum in lege Ecclesiastica dicitur, Teneantur, vel, Præcipimus, videtur esse obligatio mortalis peccati, secus si dicatur, Faciant, vel Dicant, vel Ordinamus, vel, Statuimus, Mandamus, vel iubemus: quamquam, Debet, Mandamus, Prohibemus, & Oportet, quidam putant obligare ad mortale.

\* *Vide Azor l. c. q. 5. Tol. l. c. Nau. c. 23. n. 48.*

Quamquam} ita *Azor. l. c.*

6 Cum in lege sunt multæ poenæ, quo ad omnes collectiuè sumptas, nõ habent locum in ijs, in quibus non possunt omnes verificari.

7 Cum in lege excipiuntur aliqui casus, intelliguntur excepti etiam qui aliâs iure excipiuntur, & si materia est fauorabilis, etiâ omnes similes, & quos excipi æquitas postulat.

8 Lex Papæ & Imperatoris, nisi aliud dicât, non obligant nisi post duos menses à publicatione in prouincia, in qua quis est: etsi quidam putant ligare statim scientes primam promulgationem; id quod de legibus inferiorum concesserim.

\*De hac re *Azor. l. c. c. q. 3. Syl. Lex 6. Vide Sol. l. 1. q. 1. art. 4.* qui putat (loquitur autem de legis promulgatione) uolle Pontificem obligare ante legis in prouincia promulgationem, (nisi aliud dixerit) ignorantesque à pœna, & à culpa excusari.

Statim } vide *Syl. l. c.*

Lex enim } vide *Nau. c. 15. nu. 21.*

9 Lex prohibens non est extendenda ad casum in quo nō est tanta ratio; lex enim tantū extenditur ad suæ rationis limites: itaque ubi eadem apertè ratio, idem ius: quod intelligitur cum lex ratione utitur, secus enim est si sola voluntate legislatoris.

10 Lex priuans ob peccatum re iure possessa, intelligitur post condemnationem.

\*Vide *Nauar. c. 25. num. 18. c. 23. num. 66. 67. Couarr. in 4. p. 2. c. 6. §. 8. num. 6. Sol. l. c. q. art. 6. Mol. d. 95.*

11 Leges laicorum nullam habent vim obligandi

gandi Clericos, si tamen non sint contra Sacros Canones, & sint fauorabiles, & priuilegiatiuæ, vel ipsi naturali rationi, & iustitię innitantur, seruandæ ab eis sunt, vt lex de seruando certo iusto pretio rerum, & similes. vide *Nau. c. 23. n. 88. & c. 27. n. 115.*

12 Approbatio Papæ habet vim constitutionis.

13 Cùm lex præscribit formam super eo, in quo quis alioqui habet potestatem, actum contra legem tenet.

14 Cum lex damnat iuuantes malefactores aut receptantes, &c. intelligit tanquam malefactores, non autem si ob necessitatem, aut pietatem.

15 Lex vetans aliquid, non comprehendit facientes bona fide. *\*Val. l. c. ex Caiet.*

16 Per Ius nouum non receditur ab antiquo, nisi exprimatur.

*\*Vide Nau. c. 22. n. 39. l. præcipimus. C. de appell.*

17 Lex Ciuilis tollitur consuetudine contraria decem annorum, & etiam Ecclesiastica, si Papa sciens nõ cõtradicat; itemq; lex Episcopi, Episcopo non contradicente. Quin etiã quæuis consuetudo per duos vel tres actus contrarios, sciente Superiore, & tolerante, legem abrogat secundum quosdam, nisi sit contra publicam vtilitatem. *Syl. vers. Consuetudo. n. 9.*

*\*Decem annorum } Azor. l. 5. c. 17. q. 6. Syl. consuetudo n. 4.*

R 4 Eccle-

Ecclesiastica? *Azor. c. 18. q. 6. ex Oldrado, & alijs. Fel. tamen Abb. & alij cum communi dicunt id esse verum in lege, non autem in canone, qui non abrogatur nisi consuetudine quadraginta annorum, etiam sciente, & patiente Principe, nisi illam expressim approbando ius tollat.*

Quin? Quidam dicunt vnico, quidam duobus, quidam pluribus actibus id fieri, vide *Carbonem l. 9. d. 2.* qui docet non posse certam regulam præscribi; sed id boni viri, aut Iudicis arbitrio relinqui. *Azor. l. c. q. 25.* plures actus requiri ait ad consuetudinem.

18 Contra legem derogantem futuræ consuetudini, potest ex causa derogari consuetudini.

19 Nulla lege tollitur consuetudo rationabilis certi loci; nisi fiat eius mentio; nec statuta particularia nõ continentia solũ ius cõmune, nisi lex aliud apertè dicat. Vide *c. 1. de cõst. li. 6.*

20 Lex reuocatoria priuilegiorum non habet vim vsque ad publicationem.

\*In Metropoli ait *Sot lib. 1. q. 1. art. 4. in fine, Carb. l. 3. d. 9. de legib.* De hac re *Azo. l. 5. c. 3. q. 6.*

21 Lex generalis posterior limitatur per specialem priorem, quantum ad id in quo ei cõtrariatur, etiam si dicat, Non obstantibus quibuscunque.

\*Vide *Nauar. lib. 3. consil. consil. 1. de Cler. non resid.*

22 Lex

- 22 Lex sequens non tollit factum præteritū etiam si huius effectus pendeat ex futuro.
- 23 Standum est verbis legis secundum interpretationem Iuris, etiam si legislator extra legem dicat se aliter intellexisse. A Papa quidē Innocentio IV. declarante suam mentem in constitutione à se facta antea, recessit Hostiensis, & cum eo alij Doctores. Vide *lib. 6. de concess. præb. c. 1.*
- 24 Standum est legis menti apertè etiam cōtra verba: intelligitur autem mens legis ex ratione expressa.
- \*Vide *c. Marcion. 1. q. 1. Nauar. consil. 2. de Paroch. n. 1. lib. 3. Vide Carbonem l. 7. d. 9. de legibus.*
- 25 Cum imponitur pœna mittenti epistolā, intelligitur, si perueniat.
- 26 Cum prohibetur subornatio, intelligitur alioqui mala: nisi aliud colligatur ex verbis, aut ratione legis.
- 27 Cum dicitur, Non gaudeat, aut Amittat, non est posita pœna ipso iure.
- 28 Non est actus irritus, sed irritandus, si dicitur, Non potest, aut Non valeat: quidam tamen dicunt irritum esse, si dicitur, Non possit.
- 29 Statutum loquens simpliciter, non comprehendit res iuratas, nec cum derogantur generaliter statuta, intelliguntur iurata.
- 30 Contra statutum etiam à Principe confirmatum possunt facere statuētes, si est principa-

principaliter in eorum fauorem. Confirmatio enim habet vim priuilegij, cui potest renuntiar.

\*Vide *Ang. V. statutum nu. 21.*

31 Papa confirmans statuta, intelligit, modo sint conformia iuri communi, aut ab eo non valde aliena.

32 Statutum Episcopi non ligat subditos extra Diocesim delinquentes.

33 Statutum durat etiam mortuo statuyente, & statutum Capituli Sede vacante durat, donec ab Episcopo reuocetur.

\*Vide *Syl. statutum num. 9.*

Addit. 3 Lex pœnalis non obligat in conscientia ante sententiam *Salon. 2. 2. q. 62. q. 3. cum Caiet. D. Thom. & communi, contra Castrens. vide*

POENA.

Lex cessat, si ratio legis in communi cesset: non sufficit autem cessare rationem in actu particulari. *Couar. c. cum esses, de test. n. 9.*

#### L I B R I.

1. **L**ibri, & Tractatus Astrologiæ iudicialiæ, Geomantiæ, Chiromantiæ, &c. Magiæ, Sortilegiorum, Auguriorum, &c. ne legantur, sed dentur Episcopis, vel Inquisitoribus. *Ex bulla Sixti V.*

#### L I T T E R A E.

1. **L**iteras alienas aperire, & legere, mortale est, nisi sis scribentis Superior, aut facias.